



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

XXV. Markgraf Ludwig der Römer setzt Brüning von Hakenberg zum Richter über Mannen, Ritter und Knechte und über alle unmittelbaren Unterthanen im Havellande, am 9. April 1356.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

**XXIV.** Der Bischof Dietrich von Brandenburg bestätigt das Patronatsrecht über die Pfarre zu Berge dem Kloster zu Hylberode, am 21. Febr. 1356.

Ad perpetuum rei memoriam. Nos Thidericus, dei gratia episcopus ecclesie Brandenburg., recognoscimus publice protestantes, quod illustrium principum, dominorum Ottonis et Conradi felicis recordationis olim marchionum Brandenburg. litteras vidimus in hac forma: In nomine domini Amen. Otto et Conradus etc. (vgl. oben Nr. II vom J. 1292). Nos igitur ad instantem requisitionem honorabilium virorum dominorum, prepositi, prioris et conventus monasterii in Hylberode Halverstad. dyocesis predictae, premissam donationem ex certa nostra scientia, matura deliberatione prehabita, approbamus, auctorizamus et in dei nomine tenore presentium confirmamus, incorporando presentibus dictam ecclesiam in Berghe preposito, priori et conventui ecclesie in Hylberode supradictae sic, quod quodocumque et quotienscumque ipsa ecclesia in Berghe vacaverit, prepositus prior et conventus supradicti poterunt et debent ad eandem ecclesiam nobis vel nostris successoribus, qui pro tempore fuerint, personam idoneam presentare. Item si quis per eos presentatus ac per nos ad dictam ecclesiam in Berghe fuerit investitus, sex marcas argenti Brandenburg. et ponderis preposito, priori et conventui in Hylberode predictis, videlicet tres marcas in festo beati Martini et tres marcas in festo beatorum apostolorum Phillipi et Jacobi annis singulis in perpetuum de redditibus ipsius ecclesie ministrabit. De aliis autem proventibus ipsius ecclesie in Berghe idem plebanus, qui pro tempore fuerit, hospitalitatis tenebit jura episcopalia et prepositi, que nobis et ipsi preposito in kathedratico et synodatico et aliis juribus quibuscumque suo tempore dandis salva et integra, sicut prius, in omnibus reservamus, adjicientes quod quantumcumque episcopum Brandenburg., qui pro tempore fuerit, subsidium, procuracionem aut precariam a clericis ejusdem dyoc. recipere contigerit, extunc idem plebanus in Berghe, qui pro tempore fuerit, de XXIV fructis procuracionem, subsidium aut precariam hujusmodi nomine dicte ecclesie sue solvere teneatur, omniaque alia et singula faciet, que subditi nostri ecclesiarum rectores seu plebani nostre dyoc. faciunt et hactenus facere consueverunt. In quorum omnium testimonium etc. Testes hujus rei sunt honorabiles viri domini Thydericus prepositus, Fredericus, prior ecclesie nostre Brandeb., prepositus dictus Petrus ecclesie Lezekensis ac discreti viri Fredericus Symon et Arnoldus nostri capellani et quam plures alii fide digni. Actum et datum Segezere anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo sexto, dominica die qua cantatur Circumdederunt me.

Nach dem Original im Brandenburger Domarchive.

**XXV.** Markgraf Ludwig der Römer setzt Brüning von Hakenberg zum Richter über Mannen, Ritter und Knechte und über alle unmittelbaren Unterthanen im Havellande, am 9. April 1356.

Wir Ludwig der Römer etc. bekennen etc. Dat wi tu eime richter hebben gefat ouer vnse manne, ridder vnd knechte vnd ander lude, di bisethen sin in deme hauellande, die wi nicht vorfat hebben, den vesten knecht Bruninghen von hakenberch vnser liuen getruwen, dat si alle vor em scholen recht geuen vnd nemen vnd nicht vor deme richtere, die gefat is von vnser liuen oheimen, greuen albrechte vnd woldemar von anhalt, tu Brandenborch. Wie et auer docduet, die schal iegen vnse hulde dun. Datum Berlin anno LVI<sup>o</sup>, feria sexta post dominicam Letare.

Nach dem Copialb. des M. Ludwig, betr. die Vogteien Berlin etc. Nr. 71.



**XXVI.** Der Magistrat in Nauen erwählt Schiedsrichter in einem Streite mit dem Domcapitel in Brandenburg über die Opfer, welche zu Niekammer der Kirche dargebracht werden, am 28. April 1358.

Nos consules civitatis Nowen recognoscimus per presentes, quod in causa, super oblatione fidelium ecclesie Nykamer vertente inter nos et Michaellem et Nicolaum Cestow, Cunradum Timmermann et foeminam dictam Althufinne, nostros concives, ex una parte ac honorabiles viros, dominos Thidericum prepositum et capitulum ecclesie Brandenburg, parte ex alia compromissimus et presentibus compromittimus in honorabiles viros, dominos Thydericum Mornerum, prepositum in Bernowe, ac Johannem Capehineft, plebanum in Wusterhufen, volentes ipsos ad id proxima dominica: Vocem jucunditatis, in civitate nostra Nowen hora meridiei habere finaliter constitutos vel alios duos pro eisdem vel alterum pro altero, si eos vel alterum predictorum adducere non possemus, Sic quod dicto arbitrio, quod jam dicti arbitri seu arbitratores cum duobus arbitris seu arbitratoribus, quos predicti prepositus et capitulum habebunt, ibidem via amicitie tunc vel via justitie secundum informationes juris et facti per nos dandas in alio termino ad hec assignando pronunciabunt et dictabunt, velimus et debeamus sine omni contradictione et exceptionis ope stare sub poena amissionis cause predictae. In premissorum testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum Nauen anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LVIII. in die beati Vitalis martyris.

Nach einem Copialbuche des Domstifts Brandenburg.

**XXVII.** Schiedsrichter entscheiden den Streit des Magistrats zu Nauen und des Domstifts zu Brandenburg über die Vertheilung der Opfer in Niekammer, am 6. Mai 1358.

Nos Hinricus officialis curie Brandenburg, Nicolaus prepositus sanctimonialium in Spandow, ex una parte prepositi et capituli ecclesie Brandenburg, et Johannes, plebanus in Wusterhufe, Havelbergensis dyocesis, nec non Jacobus Penestici, sacerdos, ex altera parte consulum, nec non Michaelis et Nicolay, dictorum Cestow, Cunradi Cymmerman et femine, dicte Althufynnen, civium in Nauen, in causa, que super oblationes ecclesie Nykamer vertitur, arbitri et electi arbitratores, recepto in nos dictarum partium compromisso litterali, presentibus via amoris et justitie dicimus et pronunciamus collaudando, quod, cessantibus omnibus in oblatione cause predictae hinc inde hactenus perceptis penitus et sopitis, plebanus ecclesie Nauen, que mater est ecclesie Nykamer predictae, omnes et singulas oblationes et obventiones, que in altari vel in altaribus dicte ecclesie quandoque et quomodocunque offeruntur, nec non sibi in testamentis assignantur, percipiet et habebit, et fabrica ecclesie Nycamer predictae, juxta consuetudinem aliarum fabricarum, in solemnitatibus seu diebus majorum festivitatum, videlicet nativitatis Christi, Pasche, Penthecostes, omnium sanctorum omniumque festivitatum beate Marie virginis et dedicationis ecclesie oblationes solum tabellarum ab incepta missa prefatione usque ad finem cum testamentis specialiter sibi assignatis percipiet et habebit; reliquas vero omnes oblationes in truncis seu ymaginibus et in quocunque locorum parrochie Nycamer oblatas plebanus ecclesie Nauen predictae mediam partem et fabrica dicta aliam equa portione dividendo percipient et habebunt, atque ad evitandam hinc inde suspensionem quolibet pars predictarum eligendo suam